

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De  
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiæ, 1617**

Cap. III. De bono pacifico homine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

mili sua secreta reuelat, & ad se dulciter trahit & inuitat. Humilis accepta confusione, satis benè est in pace: quia stat in Deo, & non in mundo. Non reputes te aliquid proficisse, nisi omnibus inferiorem te esse sentias.

## C A P. III.

*De bono pacifico homine.*

**T**E N E te primò in pace, & tunc poteris alios pacificare. Homo pacificus magis prodest, quàm benè doctus. Homo passionatus, etiam bonum in malum trahit, & faciliter malum credit. Bonus pacificus homo, omnia ad bonum conuertit. **Qui be-** 1. Cor. 13.  
**nè in pace est**, de nullo suspicatur. **Qui autè malè contentus est** & commotus, variis suspicionibus agitatur: nec ipse quiescit, nec alios quiete permittit. Dicit sàpè, quod dicere non deberet: & omittit, quod si bi magis facere expediret. Considerat, quod alij facere tenentur: & negligit, quod ipse teneatur. Habe ergo Mat. 7. Act. 1.  
 primò zelum super teipsum, & tunc iustè

iustè zelare poteris etiam proximum tuum.

2 Tu benè scis facta tua excusare & colorare, & aliorum excusationes  
**Gal. 6.** non vis recipere. Iustius esset, ut te accusares, & fratrem tuum excusares. Si  
**1 Cor. 13.** portari vis, porta & alium. Vide, quā longè es adhuc, à vera charitate & humilitate: quæ nulli nouit irasci, vel indignari, nisi tantum sibi. Non est magnum, cum bonis & māsuetis conuersari, hoc enim omnibus naturaliter placet; & vnusquisque libenter pacem habet, & secum sentientes magis dilit. Sed cum duris & peruerſis, aut indisciplinatis, aut nobis contrariantibus, pacificè posse viuere, magna gratia est, & laudabile nimis, virileque factum.

3 Sunt, qui seipſos in pace tenent, & cum aliis etiam pacem habent. Et sunt, qui nec pacem habent, nec alios in pace dimittunt: aliis sunt graues, sed ſibi ſemper grauiores. Et sunt, qui ſeipſos in pace retinent, & ad pacem alios reducere ſtudent. Eſt tamen tota pax noſtra in hac miſera vita, potius in humili ſufferentia ponen-

ponenda, quām in non sentiendo contraria. Qui melius scit pati, maiorem tenebit pacem. Iste est victor sui & dominus mundi, amicus Christi & hæres cæli.

## CAP. IIII.

*De puramente, & simplici intentione.*

**D**VABVS alis, homo subleuatur à terrenis, simplicitate scilicet & puritate. Simplicitas debet esse in intentione, puritas in affectione. Simplicitas intēdit Deum, puritas apprehendit, & gustat. Nulla bona actio te impediet, si liber intus ab inordinato affectu fueris. Si nihil aliud, quām Dei beneplacitum, & proximi utilitatem intendis & quæris, interna libertate perfrueris. Si rectum cor tuum esset, tunc omnis creatura speculum vitæ, & liber sanctæ doctrinæ esset. Non est creatura tam parua & vilis, quæ Dei bonitatem non repræsentet. Rom. I.

2 Si tu esses intus bonus & purus, Prou. 3.  
Ps. 118 tunc omnia sine impedimento videres, & benè caperes. Cor purum, penetrat

D netrat